Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



MATH

cum. Et cum eiecta esset turba. mit
tit et tenuit manum eius. Et surre
xit puella. Et exiit fama hec in
universam terram illam. Et transie
unte inde iesu secuti sunt eum
duo ceci. clamantes et dicentes. Mi
serere nobis fili dauid. Cum autem ve
nisset dominum. accesserunt ad eum ceci.
Et dicit eis iesus. Creditis quia
possum hoc facere vobis. Dicunt ei.
Utique domine. Tunc tetigit oculos
eorum dicens. Secundum fidem vestram. fi
at vobis. Et aperti sunt oculi eorum.
Et comminatus est illis iesus di
cens. Videte ne quis sciat. Illi autem
exeuntes diffamauerunt eum in tota
terra illa. Egressis autem illis ecce ob
tulerunt ei hominem mutum demo
nium habentem. et eiecto demonio locutus
est mutus. Et admirate sunt tur
be dicentes. Numquam sic apparuit
in israel. Pharisei autem dicebant. In prin
cipe demoniorum eiicit demones. Et
circuibat iesus ciuitates omnes
et castella docens in synagogis eorum
et predicans euangelium regni. et curans
omnem languorem et omnem infir
mitatem. Videns autem turbas. mis
ertus est eis quia erant vexati et ia
centes sicut oues non habentes pastorem.
Tunc dicit Capitl. x.
discipulis suis. Messis
quidem multa. operarii
autem pauci. Rogate ergo dominum messis.
ut eiciat operarios in messem suam.
Et vocatis xii discipulis suis.
dedit illis potestatem spirituum immundorum
ut eicerent eos. et curarent omnem
languorem et omnem infirmitatem.
Xii autem apostolorum nomina sunt hec.
Primus simon qui dicitur petrus.
et andreas frater eius. Philippus. et
Bartholomeus. Iacobus zebedei. et Io
hannes frater eius. Thomas. et Math
publicanus. Iacobus alphei. et Ta
deus. Simon chananeus. et Iudas
scariothes. qui tradidit eum. Ho
xii. misit iesus. et preceptis eis di
cens. In viam gentium ne abeatis.
et ciuitatem samaritanorum ne in
trauerit. Ite potius ad oues que
perierunt domus israel. Euntes autem
predicate dicentes. quia appropinquauit
regnum celorum. Infirmos curate. mor
tuos suscitate. leprosos mundate. de
mones eiicite. Gratis accepistis. gra
tis date. Nolite possidere aurum. nec
argentum. neque pecuniam in zonis
vestris. non peram in via. nec duas
tunicas. nec calceamenta. nec virgam.
Dignus enim operarius cibo su
o. In quamcumque autem ciuitatem aut ca
stellum intueritis. interrogate quis in
ea dignus sit. et ibi manete donec
exeatis. Intrantes autem domum salutate
eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus digna. uenit pax vestra super eam. Si autem
non fuerit digna. pax vestra reuertatur
ad nos. Et quicumque non receperit
vos. neque audierit sermones vestros.
exeuntes foras de domo vel de ci
uitate. excutite puluerem de pedi
bus vestris. Amen dico vobis. tolerabilius
erit terre sodomorum et gomorrorum in
die iudicii. quam illi ciuitati. Ecce
ego mitto vos sicut oues in me
dio luporum. Estote ergo prudentes
sicut serpentes. et simplices sicut
columbe. Cauete autem ab hominibus.
Tradent enim vos in conciliis. et in
synagogis suis flagellabunt vos.

Pulla